UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

Nvm. 2. Condomensis Ager.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

Visual Library

regionem, *les Lanes.*	Tartaſſium: *Tartas*, ad Fl. Midurium *Midour*, vrbs ſat ampla.
CHALOSENSIS AGER *Pays de Chaloſſe.*	SANSEVERVS: *S. Seuer*, aliter *le Cap de Gaſcogne*, quia frontem efficit Vaſconiæ, ad Fl. Aturum. Tholoſetta ad confl. *Gabas* in Aturum. Monſegurium: *Monſegur*, ad Fl. Luiſium *Luy*. Montaltum: *Montaut*, in Montanâ regione. Mugronium: *Mugron* ad Aturum *l'Adour*.
TVRSANVS AGER *le Turſan.*	ATVRVS: *Ayre en Gaſcogne*, vbi Aturus Fl. iam nauium patiens decurrit, cuius ſuburbium ampliſſimum vulgò *le Mas*. Turſanum: *Turſan*, burgus qui tamen non apparet, deſtructus videtur. Granada: *Grenade*, ad Fl. Aturum } In Regiuncula Cazerę: *Cazeres*, ad eundẽ Fluuium } vulgò *le Plan*:
MARTIANVS AGER *Pays de Marſan.*	MONS MARTIANI: *Mont-Marſan*, ad Midurium Fl. *le Midour*, loco opportuno ſita vrbs. Rupefortia: *Rochefort*, ad confl. *Eſtampon*, & *Douze*. San-Iuſtinus: *S. Iuſtin*, ad Duzam *Douze*. Villa noua: *Ville neuue de Marſan*, ad Midurium.
LEBRETIVS DVCATVS *Duché d'Albret.*	LEBRETI VICVS: *Labrit*, aliter *Albret*, in medio nemoris cognominis; ſic dictum quidam volunt quaſi Leporetum. In gratiam Ioãnæ Reginæ Nauarreæ ab Henrico ſecundo, hîc Ducatus conſtitutus eſt, habebátque 4. iuridicas ſedes, *de Nerac*, *de Tartas*, *Caſtel-geloux*, & *Caſtelmoron*, imò & Condominij, & Arminiaci partem diſtringebat.

NVM. 2. *Condomenſis ager*, le Condomois.

NERACVM: *Nerac*, ad Fl. Baiſam *la Baiſe*, egregiè munita vrbecula, & viris fortiſſimis plena.

Condominium: *Condom*, vbi riuulus Gela *la Gaiſe*, cadit in Baïſam: regio autem dicitur à caſtris quibus Vaſcones dominium ſuum tutati ſunt.

Caluomontium: *Caumont*, ad Garumnam.

Francicum: *Franceſcas*, ſic dictum quòd Franci liberi hæſiſſent inter Vaſconas.